PIA PRECATIO, QVAM SOLITVS FVIT IN VITA SVA RECITATIONI SYMBOLI APOSTOLICI, ORATIONIS DOMINICAE, ET PSALmorum quorundam, ardentibus gemitibus quotidie adiungere Dominus PHILIPPVS MELANTHON.

QVATVOR VOCIBVS COMPOSITA à Brunone Quinos Querfordensi.

Item:

VERSVS D. M. IOHANNIS MATHESII PIO STVDIO CELEBRANTES MERITA REVERENDI VIRI D. PHILIPPI MELANTHOnis, & deplorantes iacturam inæstimabilem Ecclesiæ & Scholæ huius acceptam ex immaturo obitu eiusdem Viri, Harmonia Musica exornati, à Iohanne Mellingero Halensi, & Henrico Roelichio Lubecensi.

TENOR.

VVitebergæ apud Hæredes Georgij Rhaw, Anno 1561.

AMPLISSIMO VIRO, PRVDENTIA, VIRTVTE ET ERVDITIONE PRÆSTANTI D.

Melchiori Kling, Iuris vtriusq; Doctori, Archiepiscopi Magdeburgensis Consiliario, Domino & Mecœnati suo obseruandissimo.

MVsa Deo primùm tribuat, quos poscit, honores,
Postea doctorum fortia facta canat.
Sic celebrant multi ueneranda Melanthonis ossa,
Qui fruitur cœlis alloquioq; Dei.
Componunt plures defuncto carmina Patri,
Et meriti memores Musica plectra mouent.
His equidem iunctus gratam testantia mentem
Extincto uolui fingere pauca Seni.
Vtq; magis fierent ea commendata iuuentæ,
Inclusi paucis ultima uota modis:
Optima uota, quibus cœlestia numina flexit,
Spiritus ad cœlos ut fugiturus erat.
Cùm uerò faueas uir prudentissime Musis,
Musica cum docta carmina mente probes,
Nomina cùm fuerint celebris tibi sancta PHILIPPI,
Hoc paruum curæ mitto recentis opus.
Vt tibi declarem tàm clarum nomen amanti,
Me quoq; defuncti fata dolere senis.
Et precor ut capias læto munuscula uultu,
Quæ cupiunt edi nomine læta tuo.
Sic tibi concedant longæuam numina uitam,
Vt canus cœli sidera celsa petas.

T. E. addictiss.
Bruno Quinos Querfordensis.

PIA PRECATIO, QVAM SOLITVS FVIT IN VITA SVA RECITATIONI SYMBOLI APOstolici, Orationis Dominicæ, & Psalmorum quorundam ardentibus gemitibus quotidie adiungere Dominus PHILIPPVS MELANTH. Quatuor vocibus composita à Brunone Quinos Querfordensi, Anno 1560.

OMNIPOTENS, ÆTERNE, VIVE ET VERE Deus, Creator cœli & terræ & hominum, vnà cum filio tuo coëterno Domino nostro IESV CHRISTO, crucifixo pro nobis & resuscitato, & Spiritu tuo sancto, viuo, casto, & veraci: Sapiens, bone, verax, misericors, iuste, dator vitæ & legis, liberrime, caste, saluator, qui dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Item: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te: Confiteor tibi, me miserrimum peccatorem habere multa peccata, & multipliciter deliquisse, & doleo toto corde, quòd offendi te, & oro, vt propter filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis & resuscitatum, miserearis mei, & remittas omnia peccata mea, & iustifices me per & propter Iesum Christum filium tuum λόγον καὶ εἰκόνα σοῦ ἀΐδιον, quem voluisti pro nobis esse victimam, καὶ μεσίτην καὶ ἱκέτην, mirabili & inenarrabili consilio, & immensa sapientia ac

bonitate, & sanctifices me Spiritu sancto tuo, viuo, casto & veraci: vt Te omnipotentem verum Deum creatorem cœli & terræ & hominums, æternum Patrem Domini nostri IESV CHRISTI, & Iesum Christum filium tuum λόγον καὶ εἰκόνα σοῦ ἀΐδιον, & Spiritum sanctum Paracletum viuum, castum, & veracem, verè agnoscam, tibi firmiter credam, tibi verè obediam, tibi gratias agam, te verè timeam, te rectè inuocem, tibi seruiam, te videam propitium in tota æternitate. In te Domine speraui, non confundar in tota æternitate: In Iusticia tua libera me. Conuerte me Domine ad iusticiam & vitam æternam. Redemisti me Deus veritatis. Custodi & rege Ecclesias nostras & politias & hanc Scholam. Rege & protege Principes nostros. Ale Ecclesiam tuam, collige & serua Ecclesiam in his regionibus, & sanctifica, & coniunge eam Spiritu sancto tuo, vt sit vnum in te in vera agnitione & inuocatione filij tui IESV CHRISTI, per & propter hunc æternum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis, & resuscitatum, Amen.


OMNipotens æterne fili Dei Domine IESV CHRISTE, qui es λόγος καὶ εἰκὼν ἀΐδιος τοῦ ἀϊδίου πατρὸς, & μεσίτης καὶ ἱκέτης noster, crucifixe pro nobis & resuscitate, gratias ago tibi toto pectore, quòd assumpsisti humanam naturam, & constitutus es Redemptor meus, & passus ac resuscitatus carne intercedis pro me, Oro te respice me, & miserere mei, quoniam vnicus & pauper sum ego, Auge in me Spiritu sancto tuo lucem fidei, & infirmum me gesta, guberna, protege & salua. In te Domine speraui, non confundar in tota æternitate.


OMnipotens Spiritus sancte, paraclete, caste, viue, verax, illumina, rege, sanctifica me, confirma me in mente mea & corde meo fidem & veram consolationem. Serua & guberna me, vt habitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini, vt semper sim & maneam templum Dei in tota æternitate, & semper Deo lætus gratias agam, & celebrem eum cum tota Ecclesia cœlesti, Amen.

PRECATIO AD AETERNVM Patrem.




tato, ij. uiuo, casto & ueraci, sapiens, uerax, misericors, dator uitæ
dator uitæ & legis, ij. liberrime, saluator, qui di=
xisti: Nolo mortem peccato ris, sed ut conuertatur & uiuat. Item: ij. Inuoca me
tribulationis, & eripiam te. ij.
Confi teor tibi ij. me miserrimum pec=
catorem


catorem habere multa peccata, & multipliciter deliquisse, & doleo to to
cor de, quòd offendi te, ij. & oro & oro, ut propter filium tuum
Dominum nostrũ Iesum Christum crucifixum pro no bis, & resuscitatum, misere=
aris mei, ij. & remittas omnia peccata me a, & iustifices
me per & propter Iesum Christũ filium tuum λόγον ϗ εἰκόνα σοῦ ἀΐδιον, quem
uoluisti






SECVNDA PARS.







TERTIA PARS, QVAE EST PRECA= tio ad æternum filium Dei.








QVARTA PARS, QVAE EST PRECATIO ad Spiritum sanctum.








VERSVS D. M. IOHANNIS MATHESII *PIO STVDIO CELEBRANTES MERITA REVE-* REVERENDI VIRI D. PHILIPPI MELANTHONIS, ET DEPLORAN- *tes iacturam inæstimabilem Ecclesiæ & Scholæ huius acceptam ex immaturo obitu eiusdem viri: Harmonia Musica exornati à IOHANNE MELLINGERO Halensi Discipulo D. Philippi, cupiente suam quoq; gratitudinem erga pijssimum & charißimum præceptorem hoc qualicunq; officio cum debita reuerentia declarare.*

Flos

Flos iacet hic mellis nigra tellure MELANTHON,
Apes dolete ſedulæ,
Vnde bonus ſpirabat odor, pia mella fluebant,
Piæ fleant Eccleſiæ.
Lenta febris potuit paruum comburere florem,
Lugete parui floſculi.
Nulla viri famam poterit delere vetuſtas,
Fuci leues faceſsite.
Semper apes flauo diſtendent nectare cellas
Quà nunc ſtetit flos melleus.
Semper humus ſuaues illic diffundet odores
Quà nunc iacet flos paruulus.
Sed cum ſumma dies optato illuxerit ortu,
Flos hic virebit denuò.
Et reliquas inter beneolentes pulcrior herbas
Chriſti nitebit vertice.

M. Iohan. Matheſius.





THRENODIA IN OBITVM REVERENDI ET SACROSANCTÆ MEMORIÆ VIRI ET PRÆCEPTORIS NOSTRI D. PHILIPPI MELANTHONIS.


Scripta

Ad clarissimum virum D. IOHANNEM SCHNEIdewein V. I. D. Per


HENRICVM ROELICHIVM.


III. Quinque uocum.

F















ij. Nulla uiri famam ij. ij. poterit dele-
re uetu stas, Fuci leues facess site fa-
ces site.
ALTERA PARS.
Semper apes flauo ij. ij. di-
stendent nectare cellas ij. Quã nunc stetit flos melleus ij.
Semper


ij. ij. Semper humus suaues illic
diffundet odores, Quã nunc ia cet flos par-
uulus ij. iacet ij. flos par uu lus, Sed cum summa
dies ij. optato illuxerit or-
tu, ij. Flos hic uirebit denuò ij. & reliquas
B 3


reliquas inter beneolentes pulchrior herbas Chri sti ni=
tebit uer tice.

April 1934.